



colorchecker CLASSIC



x-rite



755



10634.

9083

XV^{ma} 249 755.
Table des matieres d'Antiquaire
en ce volume

- 1^o Joannis Diophilacii christomachia page 1.
- 2^o Macarium & Mutius de triumpho christi.
Matthaei Bossi de passione christi sermo.
page 66.
- 3^o Triumphus christi carmine descriptus per
Macarium & Mutium page 90.
- 4^o Sapius Jesu christi a Dominico Mancino
carmine descripta page 98.
- 5^o Baptista Marchio historia fletus precis
Jesu christi page 132.
- 6^o Jesuida Hieronymi Siduanus ad Petrum Do-
natum page 149.
- 7^o Janus Scivicus & Proterus de Gestis, histo-
ria Passionis Jesu christi page 164.
- 8^o Petrus Gellius de morte Jesu christi ad vi-
tam revocati ^{sc} carmen. page 168.
- 9^o Sixe Musae quae serales Majoris hebdo-
madae dies exercitatio page 172.
- 10^o Incornenza la passione di christo histori-
ata in rima vulgare page 182.



- 11^o Ioannis Ludovici Vivis opuscula duo
Iesu Christi Triumphus. et Maria
Parvulis eius oratio page 196.
- 12^o Discorso del N. Gioseffo Carlino da
Chioggia &c. page 210
- 13 Discorso fatto dal Alessio Porri sopra
i miravigliosi segni e miraculosi prodigii nella
morte di es. Signore page 246

66 2. p2

MACARIUS MUTIVSE QVES
CAMERS DE TRIVM
PHO CHRISTI

MACARIUS MUTIVSE QVES
CAMERS DE TRIVM
PHO CHRISTI

MATTHAEI BOSSI VERONENSIS
CANONICI REGVLARIS
DE PASSIONE IE
SV CHRI
STI
S E R M O.

1509



X 2

MACARIVS MVTIVS EQVES
CAMERS LECTORI
FOELICITA
TEM.

h Aeret in primo limine libellus meus, parvus,
blæsus, verecundus, nec dum consistit infans,
vix pendens a manu graditur. lucem refugit, &
ad solem cæcutit tenebrarum alumnus. Nudus est, ruz
dis, solutus. nullis placet vmbilicis, non est pumicata
frons. formidat lituras, sed spongiam magis. omnia ve
retur, criticos præsertim, & Horret inuis
diæ genuinum. iam sagum cogitat, & in globum se col
ligit, & saltum meditat. iam thura timet & piper, iam
non libellus erit, sed cucullus, & scombros vestiet tan
dem inuolucro. Quod si ronchi primum non excipi
ent, & sannæ & sibila, si blande allicias vt tactum par
ti discat, si mentum palpes, si pendulum crinem concin
nes, & a frôte reducas, fortasse cupiet depelli, & ab vbe
re lōgius reptabit. Si oscula dabis & plausum, salua res
iam garrit morio, iam consistit & graditur. exilit erro,
iam fugit, surgunt plumæ, prominent pēnæ, iam voli
tat, iam non cucullus est, sed cuculus, iam omēs nidos
pererrat, omniū bibliothecarum inquilinus. Hunc tibi
commendo vt blandiaris, foueas, defendas. in manu
tua est, an perpetuo lateat, an perpetuo vagetur.

Vale.

67

MACARIUS MUTIVS EQVES. CA
MERS LECTORI FOELI
CITATEM.

m Iratus sum frequenter, nec semel dolui, non
nullos quibus neq; ingeniū, neq; bonarum
artiu studiū & eruditio, neq; dicendi facultas
defuit, ludicris narrationibus, & commentis
turpibus, etiā plerūq; fabulis, inanē operā impendere
voluisse, quū ad posteritatis cōmoditatē, & nominis sui
memoriā, haud dubia cum laude, multa scribere potuif
sent quæ ad bonos mores excitarēt, & ad virtutē capess
sendā comparandāq; gloriā hortarent. quo in genere vt
Arbitrū, Apuleiū, Lucianū, viros non contēndæ do
ctrinæ atq; facundiæ plane accusare non ausim, ita asse
uerare citra iustā reprehensionē posse videor, huiusce
modi scriptores sibi & posteris cōmodius consulere po
tuisse, si tantū veram narrationē aggressi, historiā, aut si
minus rerū gestarū materia dabat, aliquid ad humanæ
vitæ institutionē, & politicæ rei vtilitatem, scribere ma
luissent. Neq; ignoro neq; inficior huiusmodi scripta, si
qui sunt qui scrutari velint, & interiorē sensum idagare,
multa in recessu & altiora & vtiliora q̄ fronte appareāt
esse inuenturos. Maneo tamen in sententia, q̄ tenuē fru
gem, sparsam, & magno & confuso aceruo abstrusam,
ad iacturā potius q̄ ad lucrum accedere arbitror, si lon
gē inquisitionis labor consideret, & tēporis ratio quæ
non parui ducēda est habeat. Verū ne hos auidius cuiq;
vel pertinacius insectari videar, liberū iudiciū omnibus
relinquo, qui voluerint diligentius veritatē intueri. Ab
solvant sane si libet, & omni laude cumulent, iudicium

A ij



vero meum præceptis & temerariū existiment, ego vel
 spōte a causa cado, dixi quod sentio, mihiq; persuadeo,
 apud integrum iudicē non facilius illos absolutū iri quā
 plerosq; poetas, quos clarissima ingenia, doctrinā sin-
 gularē, & scribendi elegantia, meretricijs amoribus &
 impurissimis scortorum lenocinijs maculare, & diuinæ
 poetices dignitatē, sanctitatē & gloriā, ad libidinē suam
 traducere ac turpiter scædare non puduit. Dissimulāt scilicet
 Clodiā, Hostiā, Planiā, impudicas procul omni du-
 bio scæminas, & licentia ingeniorū nominibus alijs, Les-
 biā, Cinthiā, Deliā luculentis versibus illustrent. Equi-
 dem nunq; adduci potui, vt cum illis sentire, qui linguę
 intemperantiā cum vitę probitate coniungūt. siquidem
 impure loqui, & bene honesteq; viuere, lōge dissentiūt.
 illud nimirū vitiū est, hoc autē omnē cōplectit honestatē.
 Clamitent vt velint & obstrepant, sic scripsit Pedit, sic
 Marsus, sic Getulicus, prurit opusculū Sulpitij, nec frō-
 tē caperat, sic Fescenini, sic Crotopægnion libri placēt.
 Quid ad causam habēt culpæ auctores, qui in eadē nau-
 ui sunt, non tamē vindicant a culpa. frivola est horū des-
 fensio, quæ secū pugnat, a qua cū discesserint, quid am-
 plius dicant plane nō habēt. Hoc igit subinde inculcāt,
 Lasciua est nobis pagina, vita proba. hic est is clypeus,
 hunc obiectāt, hoc se tuent, non tamē euadunt, lasciuia
 etenim pagina, lasciuę vitæ nō probitatis est argumen-
 tum. quæ probitas quæso eorum esse potest, qui veluti
 sanctiones & dogmata quædā teneāt libidinis; neq; exi-
 stiment sine Veneris pruritu & tentigine, quæ per om-
 nem nequitiam lumbos scalpat, & flagitioso aliquo mē-
 dacio, poemata placere. Eoq; impudentię pgressi sunt,
 vt deorū etiā quibus templa & aras erexerūt, & cerimo-

nris diuinoq; cultu passim venerati sunt, nō sine offensio-
 sione diuinitatis(quā illis tribuerūt)furta, cædes, adulte-
 ria, & stupra impudentissimis carminibus vulgarint.
 Vtrūq; pfecto impiū fuit.& sceleratos hoies inter deos
 recipe,& apotheosim celebrare,& receptos pbrofis cu-
 mulare criminibus. Neutrū sane tolerari decuit, ne hu-
 mana ingenia in vitiū prona, deis auctoribus scelerū im-
 punitatē sibi pmitterēt. Verū neq; humani neq; diuini
 iuris rationē habentes, illos nō modo sceleratos, sed im-
 belles quoq; & ridiculos fuisse nō minus impie qua im-
 pudēter palā testati sūt. Legimus nāq; deorū cathenas &
 vulnera, & alia quædā futiliū vatū deliramēta, sapientū
 auribus ac lectione penitus indigna. quo fit vt tolerabilior
 fortasse plerisq; existimet Zoilus orator, qui Home-
 rum pinde ac fabularū scriptorē castigat. vnde Homero
 mastigos appellatio nata est. & Plato qui poetas a ciuita-
 te sua eliminat, ac noiatim in Homerū inuectus est. illius
 em̄ exēplo & auctoritate, leuiora ingenia ad cōfingēdū
 cōcitata, ineptissimis erroribus legentiū mentes iplicue-
 rūt. Vtinā intra illas saltē fabulas cōstitissent, quæ ad il-
 lecebras studiorū, citra omnē turpitudinē, nouitate res-
 rū, & iucūditate narratiōis gratæ, adhuc tenere puerorū
 ætati pponunt. in qbus sepenumero honesta veritas la-
 tet, quæ ad virtutis rudimēta cū voluptate alliciat. vel q̄
 metu futurę poenę, vel alicuius specie mōstri atq; formi-
 dine a vitijs deterrerēt. quales olim fuere larua, icubus,
 & gorgon. quærū nomina terroris argumēta presferūt.
 neq; flagitiosa potius & sacrilega, & ipsis prorsus indis-
 gna numinibus excogitassent. quis etem̄ patrē hominū
 atq; deorū, quē appellant, & dñm rerū, posita grauitate
 tonātis, In faciē tauri versum, mugire per æquor, Et

precium tergi stuprum portare puellae, aequo animo ferat:
quis Iouis optimi maximi volantis vnguibus raptum
Ganymedem ad pocula, & infanda caeli facinora sublis
mem ferri, & Martem cum Venere deprehensa spectante
deorum coetu, jacere turpiter non abominetur: Vtinam ite-
rum atque iterum huiusmodi flagitia ab his aut nunquam
excogitata, aut e medio sublata fuissent, haberemus pfe-
cto sanctum & inuiolatum poetae nomen, quale deside-
ramus, & quondam habuere qui castis moribus mysti-
ca ceremoniarum sacra, & diuinos hymnos, aut heroium
& fortium virorum gesta, ad imitandum cum laude ces-
cinerunt, nec lauream illam quam cum imperatorum trium-
phis acceperunt, communem foeda prostitute veneris pros-
luvie, per meretricum concubitus, & puerorum supra
maculassent. Verumtamen dum praua ingenia licentius
excurrunt, paucorum lasciuia vel insania, poetice apud
omnes fere infamis, irrisa atque explosa iacet, & hi malorum
daemonum cibum, carmina, illi meretriculas, musas, im-
merito appellant, quando haec hominum qui fuerint
abusi culpa sit, non vicium facultatis. An quia Arellius
celebris alioquin Romae pictor, semper alicuius amor-
e foeminae flagrans, insigni flagitio artem corruptit, quod
dilectarum imagine deas pinxit, omnis pictura fuit im-
probanda? Aut si Diagoras, qui a re ipsa $\alpha\theta\epsilon\omicron\sigma$ dicitur,
& Theodorus, philosophi, deorum naturam sustulero-
runt, idcirco omnem philosophiam explodemus? minime
sane. Sed insignem illius intemperantiam, horum im-
pium errorem, atque ignorantiam, acrius taxandam exi-
stimo. Iniquum enim foret, & nulla parte ferendum, &
hanc, & illam, ad vite dignitatem & commodum res-
pertam, vnus aut alterius culpa exterminare, quando

69
nulla sit ars aut facultas in qua nemo aliquādo peccarit.
Par ratio est poetarum, apud quos tamē optima quæq;
deligenda sunt, quæ studiosē imitemur, si quid impudis
cum intercidit, respuendū est, si mala omnino occurrāt,
statim fugienda, ne consuetudo obscœne lectionis, illece
bris voluptatis & lasciuæ narrationis titillatio obrepat,
& in viciū incautos trahat, blanda equidē nimis est mu
sarum vis, ad vtrāq; partē, & carminū modulatio, si aus
res pateāt, facile, n. quæ velit igerit secū, & mentē sermo
nis suauitate occupat, & animū in vitiū quo velit incli
nat vt merito flexanimā dixeris. Sed quoniā lasciuientis
bus etiā ingenijs non nulla cum laude interim scribunt,
quæ minime sunt negligēda vbi inuenias, aurū (vt aiūt)
est sordibus eruendū, & per spinarū densitatē rosa cau
tius decerpēda, nec magni laboris est, neminē fallūt, emi
nent nāq; & veluti lumina quædā e tenebris clarius lu
cent, & ipsa raritate cōmendant. Splēdescūt post Eunū
liguritorē, & Zoilū semiuirū, pascales versus Ausonij,
& post centonē pia vota matutine p̄catōis, Vinā nobis
lissimū ingeniū, & perpetuū stilū, ad hæc tantū cōuertit
set, sed nescio quo prauo errore & impio non minus q̄
puerulo iudicio, vsu venit, vt quę pie ac religiose scribāt,
minus dignitatis & elegantie plerisq; habere videantur,
atqui apud Græcos Orpheus & Homerus gentiliū deo
rum laudes eleganter scripsere. Apud Roma. fastorum
libri, qui festos dies & sacra continent, elegantissimi ha
biti sunt, apud Hebreos, vt Hieronymi verbis vtar,
qd Psalterio canorius, qd in morem nr̄i Flacci & Græci
Pindari nunc iambo currit, nunc Alcaico personat, nūc
Saphico tumet, nūc semipede igredit. Quid deuterono
mij & Esaie cātico pulchrius? qd Salomone grauius? qd

perfectius Iob: quæ omnia hexametris & pentametris
versibus, vt Iosephus & Origenes scribunt, apud suos
composita decurrūt. Pudeat modo Christianos quibus
nec natura nec eruditio defuit, pauca habere huiusmodi
quæ aures vel mediocriter eruditas non offendant, & a
sacrario religionis nostræ musas tãdiu procul exulare.
Scripsit olim Iuuenius, Sedulius, Arator, Prudentius,
& Fortunatus, scripsere & alij quædã cum laude, & reli
giõis cõmendatione. sed obsoleuit id genus camœnarũ
iam pridẽ, & in tenebris iacet. nemo fere exercet, nemo
excitat. ecce florent nostra tẽpestate ingenia, vigent stu
dĩa, quotus quisq; tamẽ est qui ad illustrãdas sacras lit
teras stylum accõmodet: & ea in re velit exerceri quæ ad
veram frugem & ãmortalitatẽ cum gloria perducant: vix
vnus aut alter inuenit qui eo studio teneatur. maluntq;
vel futiles æglogas pleriq; scribere, & pastoralibus nu
gis obstrepere, vel epigrãmaton scommata iaculari, vel
ad gratiã cõponi, ridere, adulari, vel aliorum amores &
propriã plerũq; insanã versibus testari, q̃ sacrã aliquã
historiam canere, & veram cœlestium rerum disciplinã
illustrare. Vtinam mihi ingenium foret & doctrina par
desiderio, quãdoquidẽ omne ociũ quod vndiq; mihi da
retur, in eo scribendi genere libentissime consumerem,
cuius quidẽ rei amplissimũ testimoniũ videri poterit, q̃
succisuis & occupatis etiã temporibus, quantũ permis
serunt res meæ domesticæ & principum negocia, quib;
multos annos non minus assidue & diligenter q̃ si
deliter seruiui, minimã quãq; scribendi occasionẽ obser
uavi, id qd̃ epistolis quæ opusculis meis p̃ponent, facis
le declarabo. Et si carmina ipsa nimium quoq; testentur
non ex ocio & vacuo animo (vt oportebat) esse cõpositis

ta, in quibus nihil me torquet magis q̄ lima, cui nullū
tempus congruū inuenio. Premuntur itaq̄ rudia apud
me, quū neq̄ elimandi & excolendi cōmoditas vlla sit,
neq̄ inculta ausim dimittere. Excidit tamen iam pridē in
laudē virginis Marie Parthenodia elego stilo ædita, &
hecatonstichō Heroico. attamē ad ferulā redibūt. Exhibit
nihilominus p̄pediē Poliuchus. sic carmē inscribit quo
diuū Venantiū Camertē cuius sub numine & tutela iuz
cundissima ac gratissima patria mea est, celebraui. Festi
nat ex eadē officina Diui Sebastiani, & Sicelis
quæ diuā Luciā virginē Siracusanā elegis cōplexa est,
& breuis quēdā conquestio de Ch̄o crucifixo. quę oīa
in vnū corpus coalescēt & tēpestiue in publicū egrediē
tur. Nūc ꝑo triūphus Christi separatim p̄perat in lucē.
partū flagitantibus amicis abortiuū dabo. Vrget etem̄
me hinc multorū flagitatio, hinc occupatio quæ matu
rare nō sinit. malo tamē acerbū foetū eniti q̄ nullū. Ex
plorabit igit̄ vadū, si fidū inueniet, vt neq̄ fluctibus in
uidiē obrui, neq̄ obtrectationū scopulis allidi cōtingat,
ducet in mediū socios libellos, in quibus mirari oport
et neminē si quid desideretur. Quid em̄ ab homine oc
cupatissimo, & qui studia litterarū iam pridē post habue
rit, amplius expectant, qui omnia ad trutinā reuocant.
dedi quod potui. gratiā habeāt si velint. si minus, æquo
animo ferā dissimulantū ingratitudinem. si musæ meæ
non offendent, satis habeo. placere multis minimæ curę
est, displicere nō gratum. quod si errorē existimabūt &
culpam, nō potuisse ad vnguē omnia prestare, dent ve
niam quæso & valeāt. Non laudabunt, nihil inuiti cōfe
rāt. nil postulo, nil extorqueo. laudabūt alij quos p̄j sal
tem animi & religiosæ mentis studiū delectabit. Vale.

MACARIUS MUTIVSE QVES CA
MERS LECTORI FOELI
CITATEM.

¶ Vum legatus Ariminum peterē, cœpi in itinere leuandi laboris gratia, mecum varia cogitare, quumq; ex alia re in aliam (vt fit) vaga mente transcurrerem, eo forte incidi, vt perspicerem, religionem Christianam, vberissimam præstare materiam ad scribendū etiam poetis, sed animos magis pronos in libidinem, q̄ ad diuinum cultū erectos, a rebus sacris abhorrere. Nam (vt cetera sileam, quæ carminibus posse illustrari summa cum dignitate & elegātia cōmodissime videbant) subiit me pulcherrima cogitatio admirādi poematis, si ingenium & doctrina par materiæ cōtigisset. concepi etem speciosissimū Christi triumphantum, in quo aditum ad inferos, malorū dæmonū tumultum & fugam, sanctorum patrum læticiā, sacra colloquia, ac reditum cum victoriā narrarem, quæ spolia dux receperit, qui comites fuerint secuti, & qua superū pompa & alacritate patrum remearit. Tollebat animū ea cogitatio ac sublimem rapiebat, & dulcedine quadā nouitas pertentabat. Cœpi itaq; ex tempore ingenium experiri, & carmen exorsus, triduum quo Ariminum perueni ex ephippijs cecini. Viderunt nonnulli qui nostra ætate non habent indocti, quum in patriam meam vnde eram profectus redirem, nouum opusculum, & laudarunt. Placuit mihi quoq; ne mentiar, & tanq̄ nouum foetum adamaui. mox refrigerato primo calore quale esset apparuit. Altius igitur quiddam & vberius meditatus sum. Animaduerti nanq; non vnum modo,

verum etiam tres me posse edere triumphos, & tribus
 libris suo quemque ordine explicare. Primus sic mihi dis
 gerebatur, vt spretas mortalium diuitias, ambitum, hono
 res, plausum, regna, & id genus alias caduce huius
 & inanis vitæ illecebras, propulsatas, calcataque vitia om
 nia, & absolutam de his victoriã contineret, quæ mihi
 ita facile visa sunt pijs inuentis posse construi & ornari,
 vt ad varietatē quæ plurimum splendoris habet & orna
 menti nihil deesse plane videret. Secundus, inferu iter,
 fracta erebi claustra, attonitos daemones, sacras concio
 nes, victi ducis catenas, opima victoris spolia, & mirifi
 cam tertiæ lucis gloriam, qua immortalis & omnipotens
 triumphator, a morte redijt, figuris poeticis non iniucuda
 serie complectebat. Tertius triumphantem Christum in cœ
 lum reducebat. hinc mihi comitum catalogus, superum po
 pa, & cœlestis aulae cultus, vt humana mens capere pos
 terat, plurimum lucis ac decoris sublimium rerum prestantia,
 & numero pollicebat. Hec mihi pposui, si vita supasset,
 & vberioris materiae fiducia, & iusti operis spe, hactenus
 opusculum pressi. verumtamen quum ætas ingrauescat, &
 homo bulla sit precipue senex (vt Varro ait) & indies mi
 nus oculi minusque virium & spei reliquum vitæ, veritus ne,
 si diutius editione differam, his paucis quos genui & sibus
 interire, & quos cœcepi non nasci contingat, hortatibus
 amicis, triumphum (vt obiter ex equo cecineram) qualicumque
 emittere in animo decreui, vt alij quibus plus oculi, inge
 nij, ac doctrinae sit, admoniti eam materiam non esse a poetis
 alienam, prouinciã sumeret, & foetum, quæ ego cœcepi ipsi
 eniterent. Præluſi igitur his quos vtinam excitare & ex
 hortari oratione mea possem, vt sacris ornamenta poe
 tarum adiungerent. Quid enim prohibet? quid retrahit?

quæ difficultas? vt diuorū noīa taceā, cur versus Chris-
stum nō capit? cur nō æque sonat hoc nomē, vt pleraq;
gentiliū? equidē videre nō videor quid dulcius in se has
beat vel magis cōsonū Anchises, Priamus, Aeneas, vel
litterarū natura vel cōpositione, si elementorū sonū &
structurā ppēdimus. Quid habet dignius queso Tros
& Erichthonius, Aegēus, & Cecrops q̄ Christus? quid
Aīax vel Teucer elegantius delicatis auribus affert? aliū
iudicēt, an hoc tolerabile est, q̄ eleganter crista versibus
inferit. Maro. Tum galeā Mefapi habilē cristisq; decorā
Induit. & alibi, armaq; Lauso Donat habere humeris &
vertice figere cristas. Papinius. Albaq; punicea interfe-
cat insula cristas. Silius italicus. quatit aura comātes Cas-
sidis auricomæ cristas. ea similitudo nominū est, ea tum lit-
terarū, tum sillabarū cognatio, vt ab eadem fere origine
vtrūq; deduci videat, si sonū quo mouentē sequi velint.
re tamē diuersa sunt admodū hæc, & lōge distāt. Quid
q̄ idē Silius, eodē pene noīe, cristā tudertē his versibus
celebrat, Flumineo libycā turbabat in aggere pubē Cri-
stæ nomen erat, bis terni iūcta ferebāt, Arma senē circa
nati. & paulo inferius. Tandē cum toto cecidit grege no-
mē in vmbro Clarū crista diu pp̄lo. Alterū tñ pbāt, alte-
rū tñ respuunt. cur hoc an qa minus delectāt sacra q̄ p̄-
fana. Ego vero ita existimo, vt q̄cunq; sede locet, versū
cum dignitate impleat & terminet. excipient hæc quidā
cum risu, certo scio, & contemnēt. fastidit nanq; religio-
sa animus lasciuior, & quæ ad sacra pertinent despicit,
nugas probat, fabulas laudat, libidine delectat, quā si
tollas, nihil relinquit quod fastidiū leuet. faceffant huius-
scemodi ingenia, & vt libet suo furore agitent. quando
quidē sine controuersia reor fore, vt oēs qui doctrinam

aliquā cum p̄bitate & religione cōiunxerint, sententiā
 meā probēt. q̄ si elegantissimū & sacratissimū nomē, &
 omni honore ac reuerentia procul omni dubio dignissi-
 mū a fonte sororū (vt aiūt) auersum existimāt: cur non
 deū vocant: cur nō tonantē: cur non rerū opificē, patrē
 omnipotentē, & cœli terreꝝ regē appellāt: malunt pro-
 fecto peruicacia quadā, mortali ac nequissimo hominū
 Ioui hęc indere cognomēta, q̄ ei cuius propria sunt &
 nō alterius. Sed de nomine satis. At opera diuini opifis-
 cij, numero, varietate, & ornatu, admiratione q̄tidiana,
 omniū ingenia ad scribendū incitant, & ad supremi lau-
 dem auctoris, & sacra celebranda mysteria, exhortātur.
 rara tamen de his mentio est, q̄ poeticā facultatē excede-
 re fortasse arbitrant. Negare nō ausim, eam esse diuinis
 rerū vim atq̄ dignitatē, vt nullo stilo assequi possi-
 mus. non tamē ita remotā censeo, vt camenis inaccessi-
 bilē rear. Verūenimvero si maiora viribus iudicant, res-
 linqunt, si libet, quæ difficiliora sunt, nec de trinitate
 aut Christi corpore verba faciāt, nec eiusmodi velint scri-
 bere, & ea attingere, quæ altissima eruditissimorū ac san-
 ctissimorū hoīm ingenia fatigarūt. Et si ad hęc quoq̄ gē-
 tilitas (si qs accuratius monumēta discutiat) sese erexit,
 ad q̄ poetæ aditū habēt, nec dubiū sit cuiq̄ gentiles ima-
 ginē & simulacrū coluisse trinitatis, qd̄ ita esse facile ostē-
 dam, si vnū prius explicē. Maiores olim qui aliquo in-
 genio & doctrina præstiterunt, deorū multitudinē nihil
 aliud existimasse q̄ diuersas, vnus & solius dei potesta-
 tes. Pretereo quæ Theodosius in saturnalibus, ea de re
 copiose & eleganter differuit. qui non modo deorū nu-
 merū, sed deorū quoq̄ ad vnū diuinitatis numen referri
 oportere, aptissime demonstrat. Satis mihi sit vnū superi

Iouis testimoniū ex poetica disciplina & elegantia excerptum. ita em̄ in deorum concilio inducitur concionem exordiri. Coelicolae magni & suprema huius sententiae maiestate subiecti, quos nra potestas imperijs diuisa facit. qua plane testatus est deos oēs a se pendere, & particulas esse p̄tatis suae, vnūq; eē oium numē & solū, diffusum tñ ac late patens diuersa noīa sortiri. His itaq; constitutis, p̄ se patet facilius esse tres ad vnū reduci q̄ multos. tres autē praecipue coluisse nulli obscurū est, Iouem, Neptunnū & Plutonē, Saturni & Rheae filios, quibus vulgatū est coelū, maria & inferna regna paruisse, & cū his oīa. Ioui fulmē trifidū. Neptunno tridentē, Plutoni tricripitē cerberū tribuere, in quibus ternarij numeri est ratio seruata. Tres nancq; fratres, Tria regna, tria attributa sunt, & haec trifariā disposita, triplicē etem̄ cuspidē fulmini, tres dentes fuscinae, tria cerbero capita dederunt. quo tendit huius numeri tā diligēs obseruatio: nēpe vt vnus oēs & oīa idem habeant & sint, quod ipsius diuinitatis cōmunio (oīs nancq; dij habitū sunt, & idē oībus nomen) probabile reddit. Iouē enim quē coelo regnare putauerunt supremū, optimū, maximū, vocauerunt. hinc trita apud antiquos oratores p̄fatio, Iupiter optime maxime. sic em̄ ordiebant. Neptunnū vero secundum Iouē appellari Papinius his verbis ostēdit. dextrāq; secundū, quod super est, cōplexa Iouis Plutonē, stygiū Iouem dici satis constat. Maro, sacra Ioui stygio quae rite incepta parauit, perficere est animus. Iupiter igitur coeli rex, Iupiter maris arbiter, Iupiter inferū rector est. oībus ergo his locis vnū regnare, & vnū esse Iouem, nō aliud praese fert q̄ vnū esse deum, ac tres q̄uis distinctos, vnum atq; idē habere numen, & in vnā coire potestātē. Vides

autē trium vnitatē, de qua loquebamur, apud gentiles
 quoq; ostendi. Non senserunt, quispiā hęc dicet, immo
 exploratissimū est nō aliter doctos viros esse arbitratos,
 q̄ numerū deorū ad vnū referri, & vnū esse. nō nouerūt
 patrem & filium, nec spiritus sancti meminerūt. fateor.
 sed tanta similitudo potest maiorū exemplo, qui hęc te
 tegerunt, nostræ ætatis poetas ad scribendum excitare.
 De corpore vero Christi, salutifero christianorū viatico,
 quę dicunt, & credimus, admirationē habēt supra mo
 dum. non tamen adeo aliena sunt, vt nihil prorsus simi
 le apud maiores inueniatur. cur vltra fidem iudicāt qui
 dam panē carnē fieri, & vinū sanguinē? Atqui Xerxes
 infusum pateræ merū, in sanguinē nō semel, sed iterum
 & tertio conuersum vidit. Sed a poetis hęc quærimus,
 de quibus agitur. Legimus itaq; apud Maronē, latices
 nigrescere sacros, fusaq; in obscœnū se vertere & vīna
 cruorem. An hoc somniauit eminētissimi ingenij ac do
 ctinæ vir: qui nihil vnq; carminibus inseruit, nisi ex ab
 tissima quadā disciplina aut historia repetitū. Fuit pro
 fecto hoc magis apud nos celebrandum, q̄ vinū non in
 obscœnū se vertere cruorē, sed in Christi sanguinē vera
 piāq; religione edocemur. Panē vero transire in carnem
 adeo absurdū est, quū in cibo quotidiano idē fieri contis
 nue sentiamus. Legimus ad hęc quindecim libros trās
 mutationū Ouidij meras fabulas fere oēs, rem mysticā
 verā & religiosam cōmemorare supersedimus, q̄ apud
 alios minus celebris sit, tanq̄ religionis nræ nihil sit pro
 priū & peculiare, quū tamē apud gētiles huiusce quoq;
 mysterij similitudo nō desit. nā qui i deos reciperent ad
 nectar & ambrosiā imortalū potū & cibū inuitabantur.
 Cōuenit pfecto cum Christi verbis, qui ita nos ad imor

talitatē inuitat. Qui māducat hunc panē viuūt in æternū.
Proponit itaq; nobis suauissimū & saluberrimū nectar,
Christi sanguis, & ambrosia, Christi caro. quam qui rite
gustauerūt in æternā vitā ad foelicissimā beatorū imorta-
litatē transcribent. Sed hæc tanq̄ nimis fortasse remota
missa faciāt. Christū autē verū deū & hominē apud ho-
mines natū, & educatū, cur relinquūt? cur nō laudāt? si
non ea pte qua diuinitas fulsit, saltē qua hoīem iduit cur
verisimilia imo verissima ac dictu facillima verbis non
tradūt? non ordiant a cōceptu, quoniā in eo diuinitatis
opa fuit præcipua, & (impossibile em̄ putāt qui leges na-
turæ sequunt, foeminā, nisi marem admiserit, gignere
posse) supra hoīm naturā est, fatemur. Sed qd̄ ita mirū
est, deū in seipso voluisse aliqd̄ excellētius opari? Atqui
Martē ex Iunone sine viri officio natū esse, prisca vates
meminerūt, Christū ex virgine integra ortū nr̄i cecinisse
durius putant, & verbū a diuina mēte summi patris, in
virginis vterū descēdisse scribere nō audēt, quū illi Palla-
dem ex cerebro Iouis æditā carminibus prædicēt, adijci-
unt largoque; fatos Curetes ab imbre, & Venerē ex san-
guine & spuma ortā maris, vnde Aphroditem vocant,
& sexcentū ineptias. Pudet me hic inserere quæ de Ory-
one fabulant. Quid foedius dici potuit aut mirabilius?
q̄ infantē sine patris aut matris opa ex vrina genitū? qd̄
& nomē refert. Inuenit nihilominus ridiculū facinus au-
ctores poetas qui hoc decātarēt, q̄uis Hesiodus Neptū-
ni filiū ex Euryale Minois testaret? O cæcā temeritatē &
insanā petulantia, narrabūt potius quidā Iouis incuna-
bula ac Rheæ astus, & Corybantū æra, & occultos pue-
ri vagitus referēt, vel Bromiū per fulmē æditū imaturo
partu, paterno foemori alligatū, ad exactos menses per

uenisse, & mille nugas, q̄ Christi natalē aut educationē. in qbus exponēdis, virginis partus, præuiæ stellæ aspe- ctus, magorū ab orientis solis finibus aduentus, & visitatio & adorantiū munera quę infanti tribuerūt, fuga in ægyptū & alia cōplura nō sterilē aut iniucundā materiā prestatēt. quid tempus teror̄ potius canerēt Ilię puerper- rium aut Auges nymphæ, & stellā quam Aeneas capta Troia viderat Idęa clarā se cōdere silua. Educatū Romu- lum cum Remo fratre, ferino lacte, sub ruminali ficu, atq; lupæ fuluo nutricis tegmine lætū, clarissima testant monumēta. Christū vero ad reginæ coeli pectus inteme- ratum, cecinisse alienū arbitrant pleriq; , facilius existis- mantes ferā Romuli nutricē q̄ Christi matrē posse lau- dari. Clara est Achillis & Ascanij pueri indoles, & aliorū de quibus olim vates scripserunt. puericiam Christi mu- se nostræ despiciūt. nihil fortasse dignū laude aut memo- rabile, id ætatis de se præstitit. absit facinus nefariū. quid dignius laude aut memorabilius dici potest q̄ puerū de lege cū sacerdotibus eruditissimis in tēplo disputasse: mi- nus hoc fidei haebit quoniā p̄ceptorē habuisse nō lege- rint, legūt tñ & celebrāt in Parnaso nescio quē somnio repēte poeticā hausisse. Christi disciplinā q̄ doctoris fer- rulā nō tulit, nō recipiēt. Laboriosum esset oia psequi & conferre quæ ad rem spectāt & passim inueniunt. Tagū Silius in cruce deplorat, pendentē Christū pro hominū salute nostri dissimulant. Scripsi ego breuē quandā con- questionē quā inter alia hierosticha mea ædā, scripserūt illa gentiles, nemo ibit inficias. cur nr̄i similitudine rerū du- cti, Christi acta scribēda esse nō censent: cur nō veterū excutiūt: & ad hęc (quę diximus) excitati nō cōuertunt: Sparsa fortasse exēpla minus mouēt. Descēsus ad infer-

ros nōne iugē perpetuā & fere peculiarē poetarū mater
riā habere vidēt: habet equidē. Duxit Homerus carmie
Vlyxē ad inferos, Duxit Maro Aeneā. Descēdit Hercul
les, Descendit Orpheus, trita est hęc orbita poetarū. qd
inde fabulant esse relatū: ab Vlyxe & Aenea nihil præ
ter vmbrarū colloquia, vxorē Eurydicen Orpheus non
vendicauit, Hercules tricripitē Cerberz eduxit ad supos,
si credere dignū, admittamus sane. quid ea de re benefi
cij est humano generi allatum: palluit sol, territus est or
bis, aconitū in nostrā perniciē e spuma stygij canis or
tū, veneficijs accessit. At satius erat tartareo barathro oc
culere, q̄ ad terrorē hoim cœlo ostētare. Hęc priscis va
tibus decantata sunt. Cur poetæ Christiani, Iesu Christi
iter ad inferos, victoriā & spolia illa sanctissima non ca
nunt: nō belluā hic intra faucem eduxit, sed patres illos
amplissimos, antiquæ legis, ab vmbris erebi liberauit.
hęc sunt opima triūphantis ducis spolia, hęc plena est
victoria, sine qua nihil Adam pœnitentia & sudore vul
tus, nil victimis & innocētia Abel, nil obediētia Abraā,
continentia Loth, Iob patiētia, Dauid psalmis, & sancti
tate Moses profecissent. omnia deniq; opera & labores
cassi irritiq; fuissent, nisi Christus de morte triūphasset.
Quid em̄ miracula Eliæ aut Helisei aliorūq; patrū admi
randa facinora momēti habuissent: nisi Christus victor
a longo carcere & tetro vindicasset: qd solis obediētia Io
sue, somniorū interpretatio Danieli, Machabeis fortitudo
profuisset: nisi horū gesta Christus resurgendo confir
masset: Sed quo feror tandē, quid pgo molestus esse,
quid plura ingratis auribus ingero eorum, qui sanam
doctrinā non sustinent: lam carmina ista testent, an possit
Christus versibus celebrari.

Vale.

MACARIVS MUTIVS EQVES CA
MERS DE TRIVMPHO
CHRISTI.

75
i Nfernos aditus, & fracti claustra p̄fundi
Aetherea pulsata manu, spoliataq; cæci
Antra ducis canimus. Ch̄ri pia musa triūphū
Incipe, siderei dicam spectacula regni,

Christus vt̄ imensa descendit luce sub v̄bras
Horrentes, mortisq; domos & regna silentum,
Inuasitq; erebo clausos trepidante recessus,
Horruit imanis perculsi ianitor orci,
Impulsæq; procul disiecto cardine ditis
Procubuere fores, timuit pallentis auerni
Regia, nigrarūq; cohors turbata sororum
Occuluit pauidis horrentia monstra cerastis.
Aduentante deo tremuerunt scepra reclusæ
Noctis, & attoniti dextra cecidere tyranni
Protinus, atq; imas barathri petiere latebras
Confusumq; chaos, secretaq; tartara manes.
Ille serenata per aperta silentia fronte
Ingressus, pigram nubem noctemq; fugabat.
Ante oculos furui pulsa caligine mundi,
Sternebant sese passimq; æquata iacebant
Obuia, tum nouies stigij circumflua campis
Cessit nigra palus regi, lachrymasq; remisit
Et tristes cocytus aquas, cursumq; negauit.
Vt stetit in medio cœtu castoq; piorum
Concilio, inferna quos olim sede repostos
Expectata salus sperando læta fouebat,
Ora diu patribus sanctis optata resoluit,

Cōcio
Christi

Talibus, & lentis vacuauit pectora curis,
Affulsit promissa dies, delapsus ab alto
Sum deus, humana tandem sub imagine corpus
Mortalesq; vices subiij, nam frigora & æstus
(Ut fors dura dabat)coniuncto numine sensi
Factus homo, seuamq; tuli per vulnera mortem
Vitæ auctor, digitis etiam explorare licebit
Ingentem lateris plagam, manibusq; reflexos
Et pedibus clauos fossis, dum corpus operto
Accipiam rursus tumulo, primusq; resurgam
Iam patiens iterum leti, redimenda redempta
Morte mea vita est hominum, sic mystica solui
Dicta patres, varias olim complexa figuras
Nexibus ambiguïs, quæ consumanda supersunt
Protinus absoluam, nunc vestra ergastula sunt
Libera, damnatis calcata superbia cristis
Septē vi Submissa ceruice gemat, rebusq; secundis
tia capi Inuidia infœlix aliorum, sorte benigna
talia. Præcipue vestra doleat, rabieq; cruentas
Ira premat fauces, ignaua per ocia vitam
Torpor iners damnet, nimiumq; insana cupido
Congestiq; fames auri, turpisq; voluptas
Infandæ veneris, ventris quoq; laxa vorago,
Aeternū cæcis tenebrarum linquitur antris.
Vos alacres mecum supera ad conuexa triumphum
Ducite foelices animū, super alta reducam
Sidera stelliferosq; axes, vbi regna beatos
Nullo sine manent, patris dabo cernere vultus
Quos refero, ætherea concessa in luce quiete,
Hæc inter lætas animas immensa pererrant
Gaudia, læticiam radiantis gratia frontis

Spargebat, stygijs diuorum gloria regnis
 Spectatur præsente deo, gaudentq; tueri
 Atq; silent, auidos tardat reuerentia plausus
 Orantis, postq; diuina silentia fandi,
 Concessere vices, grato pia munera turba
 Cœpit, & innumeris audita est vocibus vna.
 Venisti o superum celsi regnator ab arce
 In tenebras, nostrūq; chaos visurus adisti.
 Squalentes sine luce domos, & nigra profundi
 Regna soli, merlis erebi sub carcere tandem
 Expectatus ades, nec spes frustratur, ouantis
 Ora ducis spectare licet, tu victor auerni
 Humanicq; salus generis, tu nostra relaxas
 Vincula, & obscuras damnatas nocte latebras.
 Te duce tænarais fugimus loca tetra cauernis
 Horrēdasq; vmbra, abstrusaq; linquimus antra.
 O pietas, vnde hoc potuit mortale mereri
 Aut sperare genus? regē descendere ab astris,
 Induat vt serui formam, pœnasq; nocentum
 Ipse luat, vitamq; reis vt sponte rependat
 Morte sua, quid enim solio traxisset ab alto,
 Immortalis eras, mortalia fata subire
 Suasit amor, flexit pietas, clæmentia culpam
 Diluit, vt superas tecum redeamus in oras.
 Duc age, te sequimur, tibi fas, te gloria solum
 Tanta manet, iustum superata morte triumphū.
 Talibus intentis croceo titonia peplo
 Aurea surgebat rosei lux tertia mundi,
 Lutea puniceis sparsit confinia flammis.
 Extemplo sublimis abit, circaq; frequentes
 Obsessam tenebris sedem noctemq; relinquunt
 C

Respō
 sio.

Insignes animæ, proceres, vulgusq; beatum
 Et notas repetunt auras terrarq; reuisunt.
 Hic postq; manifesta fides dubitantia soluit
 Corda metu, charæq; simul genitricis amorem
 Impleuit, monuitq; suos, mundoq; refurgens
 Certa triumphato patefecit numina leto
 Ad patrem superũq; choros remeauit in alstra.
 Grator haud vnq; cœlo nec lætior alto
 Vlla dies orta est, tanta nec luce sereni
 Arrisere poli, nitido nec purior orbe
 Flammiferos titan radianti gurgite currus
 Extulit, & claro spectauit ab æthere terras.
 Quo rapit inualidas præceps audacia vires
 Quo summi secreta dei spectacula cantu
 Ordinar: & diuum cœlestes ordine pompas
 Exequar: aut tãtos capiam qua mente paratus:
 Tu quæcunq; voles alti monumenta triumphii
 Qui nigris remeans duxisti victor ab vmbri
 Pãde mihi, quantũ ipse dabis mihi dicere fas est.
 Scandebat niuea suspensus nube serenum
 Aera libratũ cœli per inania plantis
 Christus, & ætherij repetens fastigia regni
 Sideriũ redigebat iter, dextraq; salutis
 Signa ferens, sanctas ducebat in ardua turmas
 Expectante polo, fulgebant vertice sacro
 Regis adorati vultus, vnde omnia circum
 Splendebant radijs, oculos quocunq; ferebat
 Spectatus grata ridebat lampade mundus.
 Catalo
 gus. Pone sequebantur comites examine longo
 Adam. Sublimes animæ, primo cõmissa parenti
 Prima phalanx, priscũq; genus, cui clara ppago

Hærebat pastor, primus qui munera grato
 Sacra deo, primos lætis a matribus agnos
 Obtulit, & primus crudelia vulnera sensit
 Germanicq; manus violentaq; funera cædis
 Inuidia suadente nefas, prope frater ademit
 Qui luctū, mortisq; tulit solatia mœsto
 Patre fatus, prolesq; æuo documenta sequenti
 Quæ scripsit geminis coelū scrutata colūnis
 Et gens prisca simul septem quæ in sæcula vixit
 Casta dei soboles superis intenta, nec vllas
 Illa hominum cupijt natas auramue secuta est.
 Hinc qui diluuiō terris vndante capaci
 Puppe novos circum fluctus despexit & equor
 Insolitū, viduo seruans animalia mundo.
 Et pater & structa sedit qui filius ara
 Mactandus gladiū spectans dextrāq; parentis
 Iussa parat, dum sacra senex, patriāq; nefando
 Crimine damnatā, diuināq; sulfura & ignes
 Ardentesq; videre domos, pollutāq; tecta
 Qui spreuit, retro flexit quæ lumina coniunx
 In statuam mutata salis, tum victus amore
 Inuictō iuuenis bis septem qui tulit annos
 Seruitiū, primas flammās pactosq; hymenæos
 Suspirans, iuxtaq; natus cui læta iacenti
 Visa iubar placido summittere sydera somno,
 Fraternosq; suo stratos sub mergite culmos
 Vidit adorantes, magni præfagia fati.
 Et fratrū fœcunda cohors, numerosaq; pubes,
 Et darus patruī sanguis, cui fusa per orbem
 Immensum latis resonat patientia terris.
 Lecta manus patrum, quos inter maximus alti

Abel

Seth

Filij

Seth

Noe

Abraā

Isaac

Loth

Iacob

Ioseph

Iob

- Præcipuo splendore micans lux agminis ibat.
- Mofes. Accepit rutilo fumantis vertice montis
Aeterni qui iussa dei, magnusq; sacerdos
- Aaron. Inscriptas humero gēmas, tunicamq; iacyntho
Intextam roseo, quam circum mala rubebant
Punica, qui primus radiantibus induit oris
Conspicuo fulgens ostro byssoq; decorus
- Heleas
zar. Dum litat, & flauo limbus circūsonat auro,
Monstraticq; hæres sacri cultusq; paterni,
- Iosue. Et volucres phœbi potuit qui sistere currus
Produxitq; diem victor, quicq; ora gigantis
- Dauid. Accinctus funda fregit, cytharacq; canoros
Arguta cecinit modulato carmine psalmos.
- Helise
us. Et qui diuisas sicco pede transiit vndas
Fluminis, hospicio gratus dum præmia natum
Dat sterili, & functū vita dum suscitāt orbæ.
Quēq; vtero exceptū cētus vectare per vndas
- Ionas. Aequoreas valuit, tutūq; exponere terris.
Atq; oculis captus tenebris, quē sparsit hirundo
- Tobias Nec prius aspexit lustrari la mpade cœlum,
Oblita q̄ natus seruato lumina piscis
Felle ducis monitu absterfit, tum flebile threnos
- Hiere. Qui scripsit querulos numeris, quicq; ora leonū
- Daniel. Seu a lacu medio securus mulsit & vngues,
abacuc. Et qui mulcenti portauit prandia raptus
Vertice per vacuū, simul & fornace profunda
- tres pu. Impia qui tumidi risere incendia regis.
- Esdra. Quicq; memor leges chaldæis ignibus vstas
Reddidit, & septem fortissima pectora fratres
- Macha Qui lingua & manibus scelerato vulnere cæsis
bei. Subiectas passi flammās fartagine clausi.

Mille alijs clare gestis, aciesq; subibant
 Quæq; suū comitata ducē, mille agmina passim
 Cernere erat variosq; globos, q̄s altus honore
 Præstabat, regum natam qui sanguine prisco
 Reginam cœlo genuit matrēq; tonanti
 Et modo Iordanis dominum qui lauerat vndis
 Quicq; crucē merito passus dextraq; pendit
 (Tantum extrema fides, summiq; modestia voti
 Præstitit) assertis surgebat in æthera diuis
 Ordine quisq; suo, quos ingens turba volucrū
 Infantum, dulces animæ nunc ore decoro
 Et risu ambibant, nunc oblectamine vocum
 Certantes blandis implebant cantibus aures.
 Hi sunt quos veneris non attigit vlla voluptas,
 Nec macula infecit teneros, nam vulnere acerbo
 Infantes primo liquerunt limine vitam.
 Tunc hilaris cœlū scandēs manus astra subibat.
 Candida suprēmi decus & pars magna triūphi.
 Nec pia foemineo cessabat gloria sexu,
 Prima parens alias acies, ac signa regebat
 Atq; alios amissa choros in regna vocabat
 Morte recepta ducis, matrū spectabilis ordo
 Hanc natæ castæq; nurus neptesq; secutæ
 Quæq; diu sterilis fæcundā sponte mariti
 Connubio famulā iunxit, sobolēq; benigno
 Illius amplexu fouit, sua gaudia partus
 Attulit, & nato arrisit despecta senectus.
 Et quæ sopiti lectum subiere parentis
 Et fratres peperere sibi, ne stirpe carerent.
 Hic amor in venerē duxit non fœda voluptas
 Humanum reparare genus solumq; putantes

Pater
 yginis.
 Ioānes
 Bap.
 Latro.

Innocē
 tes.

Eua

Sara

Filia
 Loth

- Rebec** Orbe patrem toto mundi superesse fauillis!
ca. Tum mater gemini sensit quæ prælia foetus
 Dum properat, nasciq; prior dū pugnat vterq;
 Hic manibus retrahitq; pedes, hic calce repellit.
- Lia** Et quæ coniugiū furtim thalamosq; sororis
Rachel Preripuit, septemq; alios deduxit in annos.
 Vtraq; chara deo, communis ferre mariti
 Alternas contenta vices tantū æmula partus.
- Delbo** Quæq; sub vmbroso respondit tegmine palmæ
ra. Et solymos octo rexit iustissima lustris
 Consilio, & longā peperit post bella quietem.
- Susāna** Et quæ iudicio saluo intemerata pudore
 Pertulit & falso conuicit crimine testes.
- Iudith** Assirijs & quæ voluit se credere castris
 Aeternū meditata decus, cæsiq; cruore
 Asperlit viduas animoso vulnere palmas
 Hostis, & obsesse victrix caput intulit vrbi.
- Hester.** Huic regina comes patruū formosa gementem
 Et populū tutata suū, sine nomine circum
 Turba frequens læta diuas complexa corona,
 At geminæ claras inter duo lumina matres,
 Tendebant gressus liquida regione volucres,
Anna Altera, quæ dominā cœli terræq; potentem
m̄ vir Aediderat, foelix sero tamen altera foetu
ginis. Qui regis precursor iter monstrauit, & illo
Elisa Fœmineo maior partu non attigit auras,
beth Innumeræ aliæ castis quæ milibus ibant
 Admixtæ, & vario concordēs ore canebant,
 Quis turbam variosq; duces populiq; beati
 Signa canat: densasq; acies: quisue inclita dicit
 Nomina syderei scandentis summa triumphis:

79

Scindebant puras auras, puroq; volabant
Orbe viri, matresq; simul castaq; puellæ
Annosiq; senes, pueriq; & leta iuuentus
Præcipue vates experti vera fidemq;
Dictorum, pulchro subeuntes agmine pompe, Pro
Sacra manus dilecta deo, quæ numine vero phetæ.
Afflata, & sancti stimulis agitata caloris
Euentus rerum cœliq; arcana reclusit.
Vna omnes dulci mulcentes sydera cantu
Aethereas arces promissaq; regna petebant.
Interea læto diuorum ianua cœlo
Ardua laxabat supremi tecta parentis
Cœlicolũq; domos placidas, clarosq; penates.
Aurea perpetuis superum laquearia flammis
Ardebant, sacriq; tholi sedesq; tonantis,
Stellatæq; fores accensa per atria lucem
Spargebant nitidis ignem miscentibus astris.
Regia sublimi pompa, luxuq; beato
Obuia prodibat, cœliq; exercitus omnis.
Summa potestates ducebant agmina, & altæ
Virtutes celsiq; throni, tum classica sancto
Ore procul clangore pio pia signa canebant
Victoris vexilla dei lectasq; cohortes
In superum cœtus longo testantia cantu.
At circum propiore sono recinente citatis
Ad cytharã leuibus digitis plectroq; volanti
Innumera certante lyra, discrimina mille,
Mille fides ictis vario modulamine chordis
Et totidem surgens ad sacras barbitus odas
Aedebat, duplicesq; manus agitantia naua
Cymbalaq; & pulsis resonabat bractea palmis

Tinnitus tremulâ crispans ad carmina dextra
Nec minus obliquas iungebat consona voces
Plurima compactis respondens tibia cannis,
Et sinistra & grato crepitantia tympana bombo
Sambuce, & molles numeri quos tēperat vnda
Hydraulis, cœleste melos referente monaulo
Diuinos iunxere modos, rhythmosq; sonantes
Acta dei, tales modulans symphonia cantus
Læta triumphantes reuocabat in æthera diuos,
Ut valuas tetigere poli, exultantia claustra
Intrantem sensere ducem, micuere benignis
Ignibus & dulci tonitrus crepuere sereno,
Accepti lux alma pios, fouitq; beati
Aura loci, incedunt, pariter, speciēq; tuentur
Aeterni summique boni domus alta nitebat
Diuino fulgore acies, dum templa subirent
Celsa poli, mediasq; vias super astra tenerent
Ventum erat ad cœli solium mundique tribunal
Quo summa eterni fulgebant ora parentis,
Tum vero auditæ voces & carmina sacris
Dicta choris, laudes & fortia gesta triumphi
Tollebat gauisa manus, gratesq; canebat
Ante pedes affusa ducis, vultuq; sereno
Intentos oculos mentesq; æterna voluptas
Pascebat, geminata pio tum gaudia plausu
Læticiaq; suis explebant pectora votis.
Ipse triumphator magno cum patre sedebat
Sublimis, dextram sedem sceptrūq; tenebat
Maiestate pari vnde æqua ditione gubernat
Omnia, sola eademq; tribus sociata potestas.
Quæ facies, quæue ora dei, quis cultus olympo

Quoue pater natum vultu amplexuq; recepit
 Dicere mortali vetitum, nec scire volenti
 Plura datur, superantq; meas cœlestia vires.
 Sed cum summa dies aderit, cum nostra redibunt
 Corpora post obitus, vbi flamma vindice mundus
 Arserit, æthereos vultus habitusq; licebit
 Cernere quum densa iudex in valle sedebit
 Aeternus iusta decernens vltima lance.
 O vtinam dextra liceat sedisse tonantis
 Electos inter cuneos, edesq; beatas
 Scandere, & extremo faltem remeare triumpho.

ΤΕΛΟΣ

Macarius. M. eques Camers lectori foelicitatem.

Erlegisti facile, ni fallor, libellū meum, in quo si
 p elegantiā & varietas, quā desiderasti, lectionis
 fastidiū nō sustulit, leuauit breuitas. equū te pre
 beas oro. si epistolīs meis scriptorū quorundā lasciuā,
 negligentīā, leuitatē non probō, non crimen est, sed de
 sideriū. vtilē enim & honestā operam, quā præstare po
 terant, expetiui. absit praua interpretatio, vt in nomen
 cuiusq; inuectū existimes eorū præsertim qui viuunt.
 Porro si errata inueneris, non inuenies pertinacē, admo
 neas quæso. Non ægre ferā discere & emendare, & im
 primis Christianæ cedere veritati. Vale.

MACARII MVTII EQVITIS CA

MERTIS DE TRIVM

PHO CHRI

STI

F I N I S.

D

4
MATTHAEI BOSSI VERONENSIS
CANONICI REGVLARIS IN IE
SV CHRISTI SALVATO
RIS PASSIONE
FLEBILIS ET
DEVO
TISSIMVS SERMO.



d
E immanitate supplicij, horrēdaq; morte pas
rentis & magni dei nostri, perditū orbis libe
ratoris verba facturus concanonici patres, ac
pientissimi ciues, tantus imprimis me horror
inuadit, stupor corripit, cruciatus dirūpit, occupat do
lor, vt apud me sim satis equidē nesciā, & polliceri vos
bis patres magis profecto possim singultus & lachry
mas, q̄ sermonē, atq; facundiā. Quis sane est ita fidem,
ita charitatē, ita gratitudinē, ita tandē humanitatē omnē
exutus, vt in durissimū illius pectus pars doloris & cō
tritionis aliqua omnino nō subeat: & contractā eius etiā
atq; agrestem funestus hic dies nō mentē emolliat: quo
exempturus a ruina atq; interitu humanū genus omne
rerū conditor deus, potestate se nudās, immortalitatē &
gloriā mortalitati ignominiaēq; substrauerit, & in cruce
sublatus, atq; p̄emptus, aiā dederit, quatenus q̄ i p̄ge
nitoribus erant morti obnoxij (erāt vero oēs) mortē qui
dē sua euocaret ad vitā: Hęc sane miseratio magni erga
nos dei tanta, q̄ amaras nos inuitat ad lachrymas: q̄ &
ad cōdolendū sollicitat: Ob hoc itaq; hodie sponsa Chri
fidelis, & n̄r̄m omnium mater ecclesia tanq; vidua amaras
dn̄i fletu decorat exeqas, inter que crudelissimas lachry
mas agit, voces lamentabiles ædit, palmas cōplodit, &

quāta vi, pietateq; potest, coelū, terrasq; ad cōplorandū
 inuitat & puocat, p serico & purpura, p auro & gēmis
 floridiscq; tegumētis reliqs, atras in sacris & decolores i
 duit vestes, in tēplis ad tinitū nulla tūdunt æra. Nō mu
 fica manus in suauē concentū agitāt organa. Nō hymni
 psalmicq; lætissimi exaudiunt vlli, nusq; & resonat sūme
 laudis & gl'ia alleluia dulcissōnū, pulcherrimus ille in
 sacris pphete carminib; finis, diui Hieronymi inuentū.
 Gl'ia pa. & fi. & spi. scō. silentio pterit. neq; canorū aliq;
 suauēq; sonās excitat, qd' pios aīos mulceat. Sacerdotes
 depresso ore & gembūdo iusta psoluūt, nuda pferunt al
 taria, splēdidissimę tabule, & signa velant. nō thura, nō
 aliq; fragrātes aris incendunt vapores, nō cerei, nō lich
 ni collucēt, sed qd' longe exupat oīa, & post se minora
 dimittit oppetere mortē Iesu dño creatura oīs conterrita
 est, suoq; cōmiserata fictori, & ea nō modo quæ sentit,
 & sapit, habetq; aliqd cōmune cū illo, vt angelici spūs,
 nosq; mortales, sed quę mēte etiā vacat & sensu. Quis
 pe sol ab hora diei sexta ad nonā vsq; obscuratus, nihil
 orbi impertitus est lucis. quæ tāta obscuritas atq; defez
 ctio terris obducta, nullo quidē mō accidere in sole nisi
 miraculo potuit. iubar .n. ille ppetuus hebescere tā diu
 insolitus est, & eo plane tpe luna quartadecima erat, ple
 niluniū agēs, nō soli subiecta, sed e regione permeans,
 girūq; conficiēs, vt irrogare soli cōtumeliā, offundereq;
 caliginē minime posset. quo insueto horrificoq; specta
 culo qui erāt nobilissimi in Græcia in Aegyptocq; philo
 sophi (vt reliquit Dionysius scriptū) aut deū naturæ pa
 ti, aut casurum protinus cœlum & extremū subiturum
 exitium orbē sint ominati. & Athenis illos ignoto deo
 struxisse aram in apostolorum actibus etiā habeat, tel

lus æque vniuersa cōtremuit, quasi noscens se sustinere
cōspiciū pōdus illud imensū numinis qđ nulla vastitas,
nullaq; dimensio effusissima capit, quo terremotu mul-
tas Asiæ vrbes dirutas Orosius tradit. Ita quoq; petræ,
quibus nihil est durius assultātes inuicē, & contrario se
nixu, ac crepitu collidētes scissæ sunt. At velū tēpli, qđ
vt asserūt quidā, valuas tegebat, aut (putāt aliī) scīa scīō
rum a reliquo tēplo diuidebat, scissum est duas in partis
a culmine vsq; deorsum, vt ea scissura duo testamēta do-
ceret, & ab synagoga nasci figuraret ecclesiā. clamor etiā
seraphin subter fornices templi teste Iosepho, nostrocq;
Hieronymo exauditus est tristis, qui trāsmigremus his
de sedibus dicerent, qđ & factū esse aiaduersū est illico.
Quid monumēta referata: & cætera admirāda quæ mi-
nora videri quidem nō possunt, q̄ afflictati & exinaniti
veri & magni dei signa: Hoc cū ita sit vt pia ad fletū tan-
topere ecclesia, oīsq; natura nos prouocet, si filij, si hære-
des nō mouebimur: nō obsequemur: nō & Paulū ele-
ctionis & veritatis toto in orbe magistrū audiemus: hæ-
redes quidē dei, cohæredes autē Christi, si tamen cōpati-
mur vt siml' cōglorificemur: vel erimus sic truces: sic fer-
reī: vt p̄cordia nō emollescāt ad cōmiserationē, & pietas
tem illius, quē occidentē mūdus totus oīaq; elemēta lus-
xerūt: aut si nostrū durior aliquis lachrymas dare haud
facile potest, nō tamē præstare debet quæ in ipsius sūt
potestate, earū habendarū desyderiū, postulationē, fidē,
spem, charitatē: quo ab eo id qđ deest resarciat harū vir-
tutū cōpendio. quorū alterum si nō vtrūq; vt ex nobis
quisq; dare iā possit, ad seriē passionis iam p̄uehamur,
nō a capite illo dierū multorū ante parasceuen, vt pleriq;
solēt incipiētes & notissima singula enarrantes, sed neq;

per horas canonicas illā partientes, quēadmodū languē
tissimus & ad crucē semp̄ assiduus Bernhardus intexuit,
sed nos per ea potius loca vos deducēdos putauimus,
in quibus afflictus, iudificatus & passus est dñs, & sane
quā lucide carptimq; fieri ea tanta res poterit. Locū pri
mū itaq; patres (diuina gratia duce) ineamus, qui hortus
est ille, quo post cœnā primo azimorū die cū discipulis Hortus
actā, post corpis & sanguinis sui sacramentū, quo tanq̄
bellarijs insignibus, quę clauderēt cœnā cōuiuificauit ac
cumbentes, post dilutos eorū pedes, post deniq; habitū
de charitate sc̄tā sermonē, noctu se intēpesta proripuit.
Erat. n. hic hortus in vico ad montis Oliueti radices, pa
tria lingua dicto Gethsemani, trans torrentē Cedron, vt
Ioannis euangeliū prodit, hoc est trans vallē cedriferā,
quā torrens interluit, a copia amœnitatēq; cedrorū, ce
dron vulgo nūcupatus, in quē locū diuertere oratū, in
ambulatūq; Iesus nō raro solebat. Hic paululū cū substi
tisset, mox quantū iactus lapis conterminat secessit a res
liquis. Petrū autē, Ioannē & Iacobū, quos primos habebat,
secū esse proxime iussit. Tū manibus atq; oculis in
tentis in cœlū, ter his verbis orauit altissime. Pater si fie
ri potest transeat a me calix iste, nō tamē sicut ego volo
humana ex infirmitate, sed sicut tu diuina pietate sanxis
sti. Ad quē a patre eum confortās delapsus est angelus
(Michaēlē aliqui putāt) qui quamq; eum consolaturus
animaturusq; descendit, tantus eius tamen animā com
pressit horror, & eorum quæ immanissima passurus erat,
mentē præcordiaq; concussit, vt in agonia factus, toto e
corpore sanguinis guttē pro sudore defluerint, qui se
cundus post circūcisionē, nostra pro salute fuit sanguis
effusus. Quā tantā acerbitatē a seculis accidisse vlli, neq;

nos legisse vnq̄ neq̄ audisse, ne quidē vidisse meminimus. Sed qui rimant rem istā subtilius triplicem causam
Causæ inducūt. quarū potissima q̄ quemadmodū futurus erat
sudoris primæ glorie martyr, & quā sequerent cæteri forma, cū
ctos ita superaret in pœna. Quoniā quoq̄ in eo vno ca
pite Christo cumulanda erat cōtritiō ea oīs, quæ ab sal
uandis legitime singulis suscipiēda merito erat, si se no
uissent hoies post Adē p̄ctm̄ cōsequi viderēt, vt q̄ oīum
pōdus sustineret, oibus eque grauius paterēt. Tertiam
deniq̄ causam fuisse p̄didere, quia id quod est humanū
in Christo, ipsa in passione dimissum sit prorsus naturæ
passibili, nullo vel dei vel hoim̄ adiuncto suffragio, qua
le martyribus. quippe q̄ pœnas, & illatas omnifarias ne
ces nō mō sine gemitu, verū ouantes excipiebant, gau
dio superāte tormenta, & inuicta virtute nequitia. Sed
in tā magno ope perficiūdo decuisse vitæ redēptorē hu
manæ sic integre pati, ne optimo cuiuspiam & fidelissimo
mētī se titubatio ingereret tacita, ac formidolosa vnq̄ de
veritate assumptæ humanitatis a verbo, sed neq̄ futuris
hæreticis relinquerēt, vnde cauillari de mera indubiāq̄
humanitate dñi facile possent. His quarta quoq̄ adiuu
gī ratio, vt phisica, sic cōpertissima, quia eius pura deli
cataq̄ cōplexio in sensu altius dolentiā admitteret, q̄ ri
gidiores cætere, ac viliores, quæ clemētius tolerant. Tū
eo in horto captus a turba, ad Annā in urbē iudicandus
ducit atq̄ raptat. Qui secūdus est passiōis execrabilis lo
cus. Erat aut̄ Annas iste Caiphæ focer, & ambo magni
in Hierl̄m viri, p̄ annū alternis vicibus pontificatū agen
tes. que dignitas, tū Caiphæ cōtigerat (Pōtificatus. n. fa
stigiū qd̄ p̄petuū diutissime fuerat, annuū p̄ id t̄pis am
bitiosa p̄curatione, astucq̄, & Romanis insuper p̄pter

hoc data pecunia ad hos duos concesserat.) At vero ad
 Annā imprimis, quū eo anno nō esset antistes, tractum
 fuisse dñm his de causis creditū est, tū q̄ illius ædes pri-
 mo introitu vrbis patebant ducentibus, timereturq̄ ne
 longiore progressu tumultus excitaret in pp̄lo. quādo
 popularibus p̄pter patrata miracula, admirabilēq̄ do-
 ctinā Iesus dñs venerabilis erat. tū q̄ Caiphas ita forte
 iussisset, vt cū Anna associatus in scelere illū facilius atq̄
 cōmodius dānatū daret in mortē. Nam illud timidi, atq̄
 insani cōmentati fuerant inter se antea. Quid facimus?
 quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eū, veniēt
 Romani & tollēt locū nostrū & gentē. Timebat prædis-
 cīto quoq̄ illa magni Iacob, qui moriēs Iudā filiū, a quo
 iudei sūt noiati, admonuit, nō auferendū sceptrū ab eis,
 nec de femore ducē, donec appareret qui mittēdus erat
 expectatio gentiū. Versabat & aīo illud Danielis augu-
 riū, cū venerit sanctus sanctorum abolebit̄ vnctio v̄ra.
 inde detractare sermonibus eius, atq̄ præceptis, & in
 fidias ei prætereendere manifestis ambitionis & odiij conas-
 ti sunt signis. statuto igitur ante se rege & domino Chri-
 sto, & falsis aduersus eum conclamantibus testibus, do-
 lose Annas illum de discipulis interrogat, quasi illos ab-
 duxisset a lege, & præstigiatos sequi se cogeret. de do-
 ctina quoq̄ sciscitatur, si forte calumniā, aut falsam
 hæresim aliquam capitalem possit obijcere. Iesus vero
 de discipulis ab eo trāsfugis verbum reddendū non pu-
 tauit. De doctrina autem quoniam æterna atq̄ sanctis-
 sima, testes citat auditores paratus in tam clara veritas
 te etiam inimicorum subire iudiciū. Docui in templo
 (inquiens) & in synagoga Iudæorum, & in occulto lo-
 cutus sum nihil, interroga eos, qui me audierūt. Cui res

pente ex ministris infandissimus vnus, sic respōdes pō-
tifici clamās, super faciē alapā strinxit. sed nihil turbatus
Iesus, si male locutus sum (inquit) testimoniū perhibe de
Ad cay malo, si bene quid me cedis? Inde tandē opprobrijs affe-
pham. ctus, & impia manu pulsatus, ad Caiphā pontificē tra-
hitur, quo cum venerant principes sacerdotū, scribæq;
& seniores cū omni concilio, querentes falsum testimo-
niū, qm̄ verū nō inueniebāt, inter quos tandē duo falsi
testes dixere. Ipsi eum audiuius gloriante, possum de-
struere templū dei hoc, & post triduū aliud nō manufa-
ctum ædificare. ad hoc vero Iesu tacēte, surrexit a cathedra
pontifex, inq; mediū furore delatus clamauit, nihil
respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificant? Magis
vero adhuc eo tacēte, Adiuro te Cayphas p̄ deū (inquit)
vt dicas nobis, si tu es Christus filius dei viui ac bñdicti.
Cui dñs, ppter reuerentiā inuocati vt arbitror dei, tu dixisti,
quia ego sum inquit. Tū ille scindēs vestimenta & hiatu magno
vociferans. Quid adhuc egemus testibus ait? vnde a furētibus oibus conclamatū est statim, Reus
est mortis, quid eū sustinemus? Interea loci, annuēte pō-
tifice, qui circūstabant illudebāt ei, alij in faciē conspuē-
tes, oculos alij velantes, colaphis alij eū cedentes, alij ala-
pas in faciē extēdentes, alij arūdīnibus caput contūden-
tes, & pphetiza qui te pcussit blaterantes. nec tantis ad-
huc malis faciati, qm̄ illis Romanorū ordinatiōe iudiciū
sanguinis exercere nō licebat, summo surgēte diluculo
Ad Pi ad Pontiiū qui p Romano imperio ciuitati p̄sidebat, in
latum. crucē agēdū ducūt. sed p̄toriiū intrāte nemine, ne cōione
gentiliū pasca violaret, exiuit ad eos foras Pilatus, & i q̄
hoiēm culparēt interrogauit, cui illi alta voce dixerūt, hūc
p̄ter reliq; facinora lubricū pplm̄ subuertentē iuenimus,

tributa quoque Cæsari pendere negant. Item quod est gra-
 uius, se iudæorum regem statuent. Sciens vero Pontius quod eum
 per inuidiam atque odium tradidissent, & quia gentilis erat,
 Lugduni natus, quod subdole iudæorum leges auerteret nihil
 oīno curauit, sic de tributo mentiri accusatores deprehē-
 derat, memor interrogatum dñm an Cæsari tributū dari li-
 ceret dixisse palā, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, &
 quæ sunt dei deo. Tertia criminatio pluris ei stetit, quod e re
 sua non abesset suspicari, cauereque de regno. vñ an se regem
 iudæorum dicat p̄pensius interrogat, cui post multa, a te
 metipso hocine queris o p̄ses, an alij dixerūt tibi de me
 dñs retulit. Quo respondete nūquid ego iudæus sum?
 gens tua tradidit te mihi, quid fecisti? Tum vero dñs res-
 gnū meū non est de hoc mundo, veni vero in mundum
 vt testimoniū phibeā veritati. Sed dū ista querunt pero-
 si morā seuissime tanque bestię frendētes & rabiē despu-
 mantes pontifices clamare non desinebāt, vt mortis sen-
 tentiā ferret de eo. Quāobrem exiuit iterū foras ad concio-
 nē, & se capitale nihil inuenire in hoīe contestans, bono
 quiescere p̄tiffices aīo iubet, se rei consulturū oportus-
 ne pollicet, addens, est autē consuetudo vnū dimitti vo-
 bis in pascate, placeat Iesum castigatione emendatū exu-
 laturūque dimitti. Ad quod conclamatū ab oibus est tolle
 tolle Iesum hūc & crucifige, & Barrabā nobis dimitte. O
 scelus, o feritas, o tota in natura prodigiū, deus genitus
 deo, & totius humani generis dñs, qui ad saluādos oēs
 venit in terras, vt dānet in mortē & p̄ eo vobis donec la-
 tro turpissimus efflagitatis supplicatis ardetis debaccan-
 tes iudæi. Quē patres vestri patriarche, v̄eturū coluere,
 quē p̄pheta diuino ore p̄cecinere, bos asinusque ad p̄ses
 pe cognouere, vos latroni postponitis, absoluitis pessis-

triplex
 accusas
 tio.
 Pilatus
 lugdu-
 nensis.

Ad He
rodem
mittit.

Ad Pi
latum.

mum vt perdatis optimū, liberatis mancipium vt interi
matis dñm. o furor, o rabies, o ambitiosa cupiditas, quę
ne amittat dignitatem humanā, diuinā tentat perimere
maiestatē. Non desinētibus vobis acclamare, neca hunc
infandū, qui a Gallilea vsq; huc gentē omnē ac locū ses
duxit & polluit. Pilatus cum nollet imeritū vllō modo
dānare, audita Gallilea, an esset Gallileus quęsiuit, quo
comperto lætissimus, ad Herodē tetrarchā Gallileis im
perantē qui ad solēne Iudæorū conuenerat Iesum trans
misit. qua de re tanto Herodes affectus est gaudio vt ve
hementes inimicitias quas cū Pilato antea gesserat, repē
te posuerit, inq; gratiā ambo redierint, Erat enim tetrar
cha avidus videndi Christi, & multorū explorandorū
ob ea, quę de illo admirabilia ferebantur, memor æque
quāto metu & sollicitudine pater, eum paruulū sit mo
litus occidere. sed cū Herodes ad ea quę curiosius quę
rebat nisi silētiū impetrasset, illū arbitratus insanū illu
sit, & sago indutū vilissimo, ad Pilatū reducendū iterum de
dit. qui denuo cū oīa tentaret vnde seruare innoxiiū pos
set, intereaq; a Iudeis clamor vt necaret eum extolleret,
subuolarentq; ad cœlū criminationes in eum, Christum
in interiori p̄torio colūne vinctū toto flagellari corpore
& spinea corona redimiri iussit, quem a pedis planta ad
verticē vsq; attritū plagis, & in orbem caput spinis per
tusum, & sputis faciē cruoreq; madentem iterū ex ædis
tiore concionatorio inspiciendū populo protulit, quan
ta potuit voce, Ecce homo, exclamans. quē ita lacerum,
& ad mortē proxime castigatū pellemus finibus, vt res
fragari patrijs legibus, & infestare synagogam nō pos
sit amplius. Abite iā tuti, animisq; quiescite liberis. Sed
contra reclamantibus illis nihil est horū nefario isti con

84
dignū, crucifige, crucifige. Regē veſtrū crucifigā Pilatus
reſpōdit: cui mox illi minaciter Regē præſes niſi Cæſa
rē agnoſcimus. Omnis, qui ſe regē facit, cōtradicit Cæſ
fari. His verbis exterritus, veritusq; ne inſenſus Cæſari
fieret Pontius, accepta aqua manus mœſtiſſimus lauit
innocens inquiens ego ſum a ſanguine iuſti huius, vos
videritis. At illi perniciem exicialiſſimā, & tanto ſcelere
dignam ſibi iſtis imprecari, quam dum ſtabit orbis nū
q; defuturam paſſuri ſunt. Sanguis eius ſuper nos ſit, ac
filios noſtros reclamauerunt. Vnde irritō conatu vidēs
ſe laborare Pilatus, ſedit pro tribunali, & ſententiā dam
nationis tulit in Chriſtū, quam hebræis, latinis & Græ
cis ita inſcriptā litteris, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorū
ſumma cruce iuſſit affigi. Quibus rebus ita peractis,
Cēturio protinus, & pleriq; Romanæ militiæ atq; custo
diæ in equis, armisq; fuere. Prolata vexilla Romani im
perij, de præclangentibus tubis, ouantibusq; Iudæis ad
cœlum ſuſtollitur clamor. & ducitur (proh ſtupor) ad
mortem qui eſt omnium vita, & duos inter latrones,
qui deus eſt verus, virginis partu æditus mundo pro
ducitur medijs per plenā vndiq; viam. Aderāt horren
do ſpectaculo matres non pauca tenentes filios, & lar
giter complorantes, q; pauloante cum palmis & oli
uis populoque veſtimenta ſternente fuerat in vrbe
conuectus, ac ſpectabili habitus pompa concinenti
bus pueris, Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit
in nomine domini, qui idem & mortuos ſuſcitauerat,
ſanitates præſtiterat, & inaudita alia ſigna patrauerat,
truderetur tam diram, & probroſam in mortem, quas
retrouerſus dominus, & ſuam quaſi penam inter
oblitus (O miſeratio, o pietas) affatus eſt ita. Filie Hieru

falem nolite flere sup me, sed flete sup vos, & sup filios
vestros, qm̄ venient dies, in quibus dicēt beatæ steriles,
quę nō genuerūt, & ybera q̄ nō lactauerūt, & mōtibus
cadite sup nos, & collibus operite nos. Quæ oīa eo tra-
mite successum habuere. Nā emensis duobus & .xl. post
annis, quibus ad cōpunctionē, & pœnitentiā expectata
eorū feritas est, veluti iudaici sceleris vltiores Vespasia-
nus & Titus a Nerone destinati cōtra iudæos, innume-
ram prope multitudinē in Hierosolymorū vrbe impetu
primo clauerūt, quæ acruatim vndiq; ad diē festū con-
uenerat, adeo vt angustia, pressura, fameq; nō minus,
q̄ oppugnatione tabescerent. Expugnata tandē vrbs a
Tito, & templū incensum, ac dirutum, & quaq; mœnia
solo equata fuere. vtq; dux populi Iosephus, cui capto
parcitū est, qm̄ mortuo Nerone Romanū imperiū Ves-
pasio auguratus esset, prodit, qd̄ dicere horroris est
vndecies cētēna milia Iudæorū gladio & inedia periire.
reliqui vero diuersis, & miseris acti cōditionibus ceu fo-
lia arida a facie turbīnis disp̄si toto orbe & exinaniti fue-
re, suntq; adhuc obriti quoquo se vertūt, & vagi. Sed
p̄sequentes rem nostrā, dū inter latrones ita ducere, p̄-
uenissetq; ad triuū, ex diuerso mater sanctis sustērata so-
roribus, & ijs fœminis quæ dño deuotissimæ ex galli-
lea eum fuerāt p̄secutæ, obuiā facta est filio, vbi mutuo
aspectu ceciderūt ambo velut in mortē. Quo & in loco
nunc etiā sacellū dicatū virgini extat eius rei monumen-
tum, qd̄ ab ijs, qui Hierosolymā nauigant, inter cetera,
quæ religiose colunt, visendū studiosissime querit. Hic
iam certe, si possumus oculorū cōpotes esse, si retinere
viscera, aut quidē vitā, cogitemus parūper viri sacri, ci-
uesq; deuoti, cogitemus Mariæ animā gladio Simeonis

transfixā interius, exterius autē cadaueris instar vultum
pallentē, lumina oraq; in speciē mortis euerfa, & totius
deniq; compagē corporis diuinitatis theatrē laxatā, ac si
ne sensu, pulsūq; iacentē. Sanctarū comitū eiulatus, ma-
nuū colliſiōes, alias virginē annitentes attollere, alias fa-
ciē rorantes, alias cor leniter perfricātes, alias in mortis
sudoribus dñm inspectantes, & concitatū pugnīs, vicq;
raptatū complorantes. Alias in sacerdotes neciq; minis-
tros summurmurātes. Hierusalē dira ac scelerata, vt tuū
deū fœde & imaniter habes? vt surda de eo prophetas
nō audis? vt miracula cæca nō inspicias? vt auara cor in-
duras ambitiosum, & inhumanū? incandes rabie? infre-
mis dētibus? furijs demētaris? odio debaccaris? Ita agis
in deū? ita defæuis in iustū? Ita discerpis ad te missum, re-
demptorē mundi Christū? Ita doctorē veritatis exculcas
foras, atq; exhibilas? Cur nō flagella te satiāt? Cur sertum
quo eū coronasti, nō te cōpungit? Cur facies sputis illi-
ta, alapis liuida, cruore fœdata, barbā euulsa, non te ad
miserandū inflectit feris imanior, æreq; durior? Resipi-
ſce pertinax, atq; cōuertere, abscidēda a dei regno, mor-
tiq; dedēda? Interim pendentē pijs earū ceruicibus quæ
secū erant, mulierū, sæpeq; lapsantē virginē magis quis-
dem gestarūt, q̄ deduxerūt ad Caluarie locū, quo ad in-
teritū vsq; laxatus filius Iesus processerat. Mox ibi crux
in sublime sustollit, in qua nudatus, & manibus ac pedi-
bus terebratis suffixus spectabilis omnium oculis omnium
dñs inter latrones medius patuit, qua offensa exterminioq;
cōcussa tellus cōtremuit, saxa scilla sunt, atram in
noctem versa est hora sexta diei, & cætera indolētis mū-
di, exhorrentisq; naturæ prodigia quæ ante tetigimus,
toto visa & exaudita sunt orbe, quibus signis & latro,

qui pendebat ad dexterã se conuertēs, illico beatus euasit, & Centurio vere filius dei erat iste clamauit. Et vt Lucas tradit ois turba eorũ qui simul aderant ad spectaculũ istud, & videbãt quæ fiebãt, percutiẽtes pectora sua reuerſi sunt. Subter crucẽ vero non suis tam p̄fecta pedibus, q̄p̄ alienis lacertis cõuecta vna cum Ioãne discipulo stabat mater moribunda, modo prolabēs, modo se erigens, & Magdalena fidissima, cõplexa st̄pitẽ, cruorẽq̄ perlambens. quarũ dolores, vocesq̄ miserãdas p̄terire, vestra cũ venia patres necesse est modis oĩbus mihi, ita me cor, mens, & anhelitus deserit. Recenseri vobis magis si libet, patiamini sermones, quos in cruce septies dñs dignatus est fari, quibus non parua mysteria ac documenta colligunt. Ab venia miserationeq̄ inimicorum orsus, te p̄cor o genitor (inquit) ignosce illis, quia nesciũt cæci quid faciãt, quæ oratio nos edocet. oforibus & malefactoribus indulgendum facile esse. quæ virtus prima inter homines est, & decantat Heroica, q̄ nos ipsos superãtes efficimur deo vere simillimi. Sed & tanta ea in oratione vis fuit, vt ludæorũ gens plurima cõmota ad pœnitentiã fuerit, salutẽq̄ percœperit. Deinde in latronẽ a dextris pendentẽ intendēs, seq̄ ei cõmittentẽ. Amẽ dico tibi quia mecũ hodie eris in paradiso, benigne p̄misit, præ se euidentissime ferens pro p̄c̄toribus mortẽ oportere, neq̄ tam infandũ scelus vllum, quod nõ purificet, abstergatq̄ confessio. Subinde in matrẽ, & quẽ diligebat discipulũ deflectēs vt poterat oculos, sic eos est allocutus. Mulier, ecce filius tuus, & tu Ioannes mater entua, diuino quo plane documento filios in parentes institui, & erudiri ad pietatẽ facillime possent, haberentq̄ quod imitari non esse ingloriũ. Quartũ præterea cõstat

sitio verbū fuisse. ideo dictū q̄ humanā redemptionem atq; salutē se ardere monstraret . vel quod exsiccato inter tormēta palato humane sitiret . qđ audiēs infandus , & spurcissimus verbero spongiā mersam aceto & illitā felle p̄ arūdinē cōtinuo porrexit ad labra , qđ ideo factū reor , eo vt iudæi signo verū Ch̄m aliqñ possent agnoscere , de quo euidētissime suis carminib; p̄pheta p̄dixerat . Dederūt i escā meā fel , & i siti mea potauerūt me aceto . de quo & vaticinata Sybilla . Ad cibū aut̄ fel , & ad sitim acetū dederūt inhospitalis hanc monstrabūt mensā .

Quinto vero loco tanta acerbitate p̄cnarū , quantā vel maiorē vel longiorē nemo pertulit unq; , attritus valētissima , tamē hūc in modū intonuit voce , Eloi Eloi , Lama zabatani , qđ nostra interpretatū est lingua . Deus deus meus quare me dereliquisti . q̄ sermo nō fuit q̄ esset a diuina vnione disūctus , quæ idiuidua ei cū deo erat , eritq; semp̄ . Sed q̄ diuino omī suffragio desertus esset , & passibili oīno naturę dimissa videret̄ humanitas . dimissa in quā iisdē illis rationibus , quas si meministis ante tetigimus . In manus tuas dñe cōmendo spiritū meum . Sexto orasse legitur dñs edocens non desperatione cōpulsus , sed asperitate dolorum afflictatus , se derelictū a deo in extremis clamasse . quod si ita non esset , non protinus patri deo spiritū cōmendaret , de cuius misericordia desperasset . Si quidē qđ omnino desperat , petit id nemo .

Deniq; viribus omnibus ita laxatis , exhaustaq; omni ex parte iam vita , vt teneri in corpore anima vltra nequiret , clamans iterum valide , Consumatum est inquit , Quod ideo vt diceret consequens fuit , vt quem admodum in creandis rebus , sex dies dicitur operatus , Molitusque omnia fuisse , & septimo quieuis-

E ij

se die, q̄ eo ipso cōsumata, & ad summū perducta esset
tota natura, sic in patibulo redimēs gētes vniuersas, se
ptimo oris sui verbo cōsumata atq; p̄fecta, quæ p̄dicta
de eo erāt, enunciauit, & fœdus æternæ recōciliatiōis &
pacis, iētū cū deo sacrosctō, intercedente sanguine suo
palā effecit, qui quinq; manuū, pedū, laterisq; fontibus
exundās, nos proluuit, ac emundauit. Quo beneficio tā
to Iesu dñe tibi amaras hodie reddimus lachrymas, con
tundimus pectora. Crucē adoramus, & gratias cum his
decantamus dignationi & misericordiæ tuæ. & veniam
flagitantes, tibi obediētā, cultū ac seruitutē pollicemur.
Tu nos sub alas, q̄s extēdis i sublimi p̄perantes collige,
collectos defende, defensos tandē, & per te cœlestis ciui
ratis municipatu dignos effectos, sæculis sine fine man
suris, tua tecū in gloria habe. cuius rei gratia pius animā
& beneficentissimus ipse dedisti.

F I N I S.

LAVRENTII VALLAE DE MYSTE

RIO EUCHARISTIAE

SERMO.

Cio ego plerosq; venerandi patres & ciues
egregij, qui ex hoc loco dixerūt de mysterio
Eucharistiæ, in admiratōe tanti sacramēti fuisse
se imoratos, dum aperire student atq; ostens
dere quanta diuinitas, quantū miraculū sit, vt panis qui
per nos ex tritico conficit, vi diuinorū verborū ex sacer
dotis ore prolatorū cōuertat, nō solū in hoiem (sed qd̄
oēm intellectū supergredi videt) i deū. Post quē reliquā

88

oratiunculæ meæ partē in laudibus huius sacramēti cō-
sumabo. Nam diuina laudare quiuis & potest & debet.
illa vero inuestigare, & eorū rationē reddere paucissimo-
rum est, perfectēq; sapientū. Eteim quomō panis in deū
si nulla ratiōe p̄babilius facere possemus, tamē nihil no-
bis vel ad religionē, vel ad diuinā scientiam deesse existi-
mare debemus, scientes fidē esse p̄prie cum nos deo cre-
dimus, sicuti amico cui p̄iā, cuius veritatē cognitā habes-
mus atq; exploratā. Vnde scriptū est. Beati q̄ nō viderūt
& crediderūt. Quasi qui nō intelligūt & credūt. Nā qđ
quiuis videt quid speratur, non em̄ credit alteri, sed sibi
ipsi. Propterea de Abraā dictū est, qđ i spem p̄ter spem
credidisset. Credidit Abraā deo, & reputatū est illi ad iu-
sticiā, ita nobis ad iusticiā reputabi, si fidē preter fidē ha-
buerimus. Verū vt rationē quoq; reddā, nō video cur
quibusdā tantopere hoc videat̄ credibile, panē conuerti
in deū, q̄q; nescio an in deū panis ē an deus cōuertatur
in panē, deus tamē existens. Dicit̄ em̄, Verbū caro factū
est. Non autē caro facta est verbū. Et alibi, Ego sum pa-
nis vitæ q̄ de celo descendī. Iam ante Eucharistię sacm̄
se panē vocat, quasi seipm̄ cōuersurus i panē. Hoc est, p̄
pane se daturus. Sed accipite quonā modo id sit intelli-
gendū. Filius dei in mundū veniēs sumpsit ex intemera-
tissimo virginis corpore, nescio an dicā carnē. Nam ca-
ro p̄prie dicitur quæ liquida nō est, sed ex carne, vt sic
dicā nitidissimū florē. Quid dicis. Nōne caro illa sanctis-
sima ex cibo facta est. Ita opinor. Quo autē ex cibo. Nem-
pe ex pane. Neq; em̄ sanctissimā virginē ex carne victis-
tasse credibile est. Ita fit vt prius panis, deinde caro fue-
rit id qđ dñs dū incarnatus est delibauit. Quot aīa hoies
aīauit pariter & diuinitate impleuit. Eadē ratione panē

facrosancti altaris in carnē conuertēs seipsum. i. hominē
deūq; infundit. Ideoq; nō video quid plus hæc in altari,
q̄ illa in vtero virginis incarnatio habeat i credendo dif-
ficultatis atq; miraculi. At illa inquis semel fuit. hæc ve-
ro quotidie & eodem tpe & plurimis in locis. Hæc alte-
ra quæstio est, & quæ nō solū ad hoc factm pertineret.
Quomodo em̄ idem Iesus & cum apl̄s in Hierusalē, &
cum discipulis in via loquebat; Quomō est in cœlo &
inter hoies; Sed ne altius quā vires meæ ferunt volare
videar, afferā exempla de medio. Cur vox mea in vr̄is
omniū auribus est tota; Quomō radius solis eodē pun-
cto nō dico mediū aerē & extremū cœli pariter vno ictu
cōtingit, sed pauimentū & tectū; Cum negare non pos-
simus, si vas aquæ plenū vt inquit Vergilius, accepto
sole summi feriat laquearia tecto, quin prius sol aquam
yberarit, q̄ aqua suo splēdore reuerberauerit tectū. Sed
tamē videmus vtrūq; pariter fieri id qd̄ posterius est fa-
ctum esse posterius affirmare non possis. Quid plura;
Quis nescit vnū hoīem diuerfas partes eodē tpe nō pos-
se intueri; Idē crederemus in pictura, quæ est hoīs imā-
go vsu euenire, nec in ea posse cōtingere qd̄ in ip̄o hoīe
nō contingit, & tñ id in multis picturis licet intueri. Qd̄
nisi inspīceres nequaq; ad credendū verbis aut ratiōe in-
ducereris. Multa sunt hmōi admirāda in rebus humanis
atq; corporeis. Quāto debemus existimare in spūalibus
atq; diuinis admirabilia. An ignoramus p̄sertim ratio-
ne dictate deū vbiq; esse, & oīa esse in deo. Nec fieri pos-
se quin oīa quæ sunt in eo p̄sistāt per quē existūt. Quas-
re qui de hoc dei aduentu in mysterio panis ambigit, nō
diuinā naturā, sed hoīs fragilitatē videt cogitare. Maiore
igit̄ animo de deo cogitandū, sentiendū, loquēdū est, q̄

vt eius om̄ipotentia reuocemus in dubiū . Sed ne plura
 q̄ p̄posui loquar postq̄ vt potui ostēdi quomō deus in
 panem, vel panis in deū cōuertat̄. Respondeā nūc illud
 quod p̄misi de huius mysterij laudibus. Quod maius a
 deo dari nobis donū potuit, q̄ vt seipsum donaret. Nē
 pe seipsum. Et anteq̄ illuc pergamus nos paradiso affis
 cit. An nō ipse vocari se voluit Emanuel, idest nobiscū
 deus. Si nobiscū est deus, vt certe est, quo alio tendere
 velimus. Verū em̄ nō p̄bet se nobis ille quidē, sed non
 dum patefacta diuinitate . Quia nondū capaces sumus
 contēplandæ diuinę maiestatis. In quā intuemur per spe
 culū & in ænigmate, tū pro certo habemus qd̄ nobiscū
 est deus defensor, adiutor, protector. Nec nobiscū mor
 do, verū etiā intra nos. Quid optabilius dici & excogita
 ri potest, q̄ deū manibus hoīm contrectari: ori admo
 ueri: atq; in intima pectoris recondi: Tam diu mansurū,
 q̄ diu hospiciū domus nostræ purū, mundūq; seruari
 mus. Hoc aut̄ sac̄m dñs noster Iesus christus cū patri
 bus olim in figura ostendisset, discipulisq; suis aliquādiu p̄
 misisset, hodie in vltima ante obitū cœna instituit, vt dis
 cipulos suos, imo & hoīes relicturus, tamen eos nō re
 linqueret, nisi substituto in sui locū hoc sac̄o per quod
 semp̄ aduenit, semp̄ adest, per qd̄ nuncq; recedit. vt non
 plus p̄buerit angelis ascensiois cū se illis in cœlo donauit,
 donauit p̄petuo māsurū, q̄ hoībus cū hūc in modū
 nobiscū p̄manet. O ineffabile nō mō mysteriū, sed donū
 mortalibus datū, angelis em̄ cum pares simus quod Ie
 sum Christū quemadmodum & illi possidemus, tamen
 in hoc superiores censerī debemus, q̄ ex ore nostro (id
 quod angelis non licet) mysteriū hoc sacramentūq; cōfis
 citur. Vere dictus Emanuel, nobiscum deus, q̄ magis

nobiscum, & cum angelis est. Neque ab re. Quonia nobis & angelis est ipse similior. Ex quo illud quoque intelligi licet, quod deus apud pias neque incredulas mentes ostendit, sicut panem illum convertit, sic nos in die iudicij convertet in deum. Nos enim membra eius erimus, ut sit caput totius corporis. O rem quae vere exuperat omnem sensum. Hominem quid dicam, ex pane alitum, ex limo factum supra caelos ascendere, & deum effici? Hoc ergo demonstrat, hoc promittit, haec hostia vere credentibus, quae nunc a latinis vocatur Eucharistia Graeco nomine. Quod proprie significat gratiarum actio, vel quia Christus cum panem in manu accepit, gratias egit. vel quia nos in eo accipiendo gratias illi agere oportet. Quamobrem ut iam finem faciam cum semper alias, tum praecipue hoc sacro die una cum domino nostro Iesu Christo, qui patri gratias egit, agere debemus, cui sit gratiarum actio, & gloria in secula seculorum.

A M E N.

SERMONIS LAURENTII VALLAE
DE MYSTERIO EUCHA
RISTIAE

F I N I S.

Argentoraci in aedibus Matthiae Schürerij Helvetiensis, Artium doctoris. Mense Iunio. An. M. DIX.

REGNANTE IMP. CAES. MAXIMILI
ANO AVSTRIO P. F. AVG. AV
REIQUE SAECVLI PA
RENTE.



